PP. ÆREMITARUM CAMALDULENSIUM

MONTIS ARGENTINI



1688

[o][+][o]

MISSA
IN FESTO
S. ALOYSII GONZAGÆ,
CONFESSORIS.

Die xxj. Iunij.

INTROITVS.

Psal: 8. 6. MInuiſti eum paulò minus ab Angelis: gloria & honôre coronâſti eum. *Pſalm*: Laudáte Dóminum omnes Angeli ejus: laudate eum omnes virtútes ejus. ℣. Glória Patri.
148. 2.

ORATIO.

CÆléſtium donôrum diſtribútor, DEVS, qui in Angélico Iuvene ALOYSIO miram vitæ innocéntiam pari cum pœniténtia sociâſti; ejus méritis & précibus concêde, ut innocentem non secúti, pœnitentem imitêmur. Per Dominum noſtrum &c.

Lectio Libri Sapientiæ.

Eccl: 31. 8. BEâtus vir, qui inventus eſt ſinè mácula: & qui poſt aurum non ábijt, nec ſperâvit in pecúnia, & theſáuris. Quis eſt hic, & laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua. Qui probátus eſt in illo, & perfectus eſt; erit illi gloria æterna. Qui potuit tránſgredi, & non eſt tranſgréſſus; facere mala, & non fecit: ídeò ſtabilîta ſunt bona illîus in Domino.

Graduale. Dómine ſpes mea, à juventûte mea. In te confirmátus ſum ex útero: de ventre Matris meæ, tu es protector meus. ℣. Me autem propter innocéntiam ſuſcepiſti, & confirmâſti me in conſpectu tuo in æternum. Alelúja Allelúja. ℣. Beátus quem elegiſti & aſſumpſiſti: inhabitabit in atrijs tuis. Alelúja. Pſal: 70. Pſal: 40. 13. Pſal: 64. ℣. 4.

Sequentia Sancti Evangelij ſecundùm Matthæum.

IN illo témpore: reſpondens IESVS ait Sadducæis: Errátis neſcientes ſcriptûras, neq; virtutem Dei: In reſurrectione enim neq; nubent, neq; nubéntur; ſed erunt ſicut Angeli Dei in cœlo. De reſurrectiône autem mortuôrum non legiſtis, quod dictum eſt à DEO dicente vobis: Ego ſum DEVS Abraham, & DEVS Iſaac, & Iacob? non eſt DEVS mortuorum, ſed viventium. Et audientes turbæ mirabantur in doctrina ejus. Phariſæi autem audientes, quòd ſilentium impoſuiſ- Matth: 22. 29.

ſet

ſet Sadducæis, convenerunt in unum; & interrogavit eum unus ex eis legis Doctor tentans eum: Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege? Ait illi IESVS: Díliges Dóminum DEVM tuum ex toto corde tuo, & in tota ánima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt máximum, & prímum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic: Díliges próximum tuum ſicut teipſum. In his duôbus mandátis univerſa lex pendet, & Prophetæ.

Pſal: 23. 3. *Offertorium.* Quis aſcendet in montem Dómini, aut quis ſtabit in loco ſancto ejus. Innocens mánibus & mundo corde.

SECRETA.

CÆléſti convívio fac nos, Dómine, nuptiali veſte indutos, accúmbere; quam Beáti ALOYSII pia præparatio & juges lachrymæ inæſtimabilibus ornabant margaritis. Per Dominum.

Communio. Panem cœli dedit eis: Panem Angelôrum manducavit homo. Pſal: 77. ℣. 28.

POSTCOMMVNIO.

ANgelorum eſca nutrítos, Angélicis etiam Dómine, da móribus vívere; & ejus quem hódie cólimꝰ, exemplo, in gratiarum ſemper actione manére. Per Dn̄um noſtrum IESVM CHRISTVM Filium tuum, qui tecum vivit & regnat &c.

Ex Indulto ſan: memor: BENEDICTI *Papæ* XIII. *pro Societate* IESV *de die* 3. *Octobris*, 1729. *Iam autem pro Regno Poloniæ, Magno Ducatu Lithvaniæ, & Provincijs annexis ex conceſsione Sac: Rit: Congr: die* 15. *Septemb:* 1736. *annuente Sanctiſsimo Domino noſtro, die* 18. *Menſis, & Anni ejusdem.*



~~Festo S. Chrysologi~~

~~10~~ 3

Gratiarum Actio pro Victoria
x. Octobris.

Deus, qui in Summis Regni Nostri
periculis antiqua brachij tui miracula
renovasti; Suscipe gratiarum actiones
exultantium populorum; et quibus
tanti gaudij causam praestitisti,
perpetuae fructum concede laetitiae.
Per Dominum Nostrum.

Evangelium de communi plur: Martirum Cum audieritis praelia

Mysza

Albolo	10
Komszy	4
...meioly	4
...jik wielki	1
	1
...poralow	11
...fikatyrzy	35

~~1...~~
~~1...~~

53





